

**Dissertatio medica, inauguralis de cholera ... / Eruditorum examini subjicit
Jacobus Lyons.**

Contributors

Lyons, James W.
University of Glasgow. Library

Publication/Creation

Edinburgh, 1785.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/cg2p4mzj>

Provider

University of Glasgow

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The University of Glasgow Library. The original may be consulted at The University of Glasgow Library. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>






DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

CHOLERA.



DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,

DE

CHOLERA.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,

Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JACOBUS LYONS,

VIRGINIENSIS,

M. B. Philadelph.

Societ. Reg. Med. Edin. Soc.

Nec non

Soc. Nat. Stud. Sodalit.

Ad diem 12. Septembris, hora locoque solitis.

EDINBURGI:

Apud BALFOUR et SMELLIE,

Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXV.

DISSEMINATED
IN THE U.S.A.

BY

G. H. Q. L. E. R. A.

AND
THE
LONDON
OFFICE

IN THE
OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

OFFICE OF THE
LONDON

Viro plurimum honorando,

Patri suo optimo,

P E T R O L Y O N S,

A R M I G E R O,

Juris perito,

Officio Judicis integerrimi fungenti,

In republica Virginienſi;

Nec non,

T H O M Æ U S H E R,

A R M I G E R O,

Urbis Baltimore,


Amico patris dilectiſſimo,

Sibique amiciſſimo,

Benevolentia et virtutibus omnibus inſigni,

Quae vitam privatam condecorant,

Pietatis et ſummae obſervantiae teſtimonium;



Praeceptoribus quoque eximiis,

JACOBO M'CLURG, M. D.

Medicinae et Chemiae in Academia Gulielmi et Mariae

Professori,

E concilio Virginiae honorato,

Scientiam Philosophiae pariter ac Medicinae notabili;

Ac

ADAMO KUHN, M. D.

Materiae Medicae,

In Academia Philadelphiensi,

Professori praeclaro,

Medico peritissimo,

Vitaeque integerrimo,

Primos suos in Arte Medica conatus,]

Animo gratissimo,

Sacrare voluit

A U C T O R.

Dr Stevenson

With best Complts

from his very honorable servt.

The Author

DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

CHOLERA.

QUANDOQUIDEM hoc mali genus in regionibus calidis et temporibus aestivis maxime frequens est, ab instituto nostro haud alienum visum est, quaedam de coeli caloris viribus, et ejus effectibus in corpore humano, prius complecti, quam morbum, de quo verba facturi sumus, depingere incipiamus.

Choleram ab his fere pendere, experientia multa satis comprobavit, et quamvis explicatu difficile fuerit, quomodo eam ciere possint, ullum aliud certius subsidium, quo dubia nostra de hac re enodentur, vel pro-

clivitas ad morbum magis clarescat, quam horum notitiam equidem ignoro: Igitur ab caloris prima et simplice actione incipere animus fert.

Calorem vi stimulantem pollere nemo dubitat; si musculo cuiusvis, vim suam adhuc retinenti, admoveatur, ad contractionem ciet.

Animalia vegetabiliaque omnia solis calore tantum existunt, sineque ejus impulsu, partes naturae omnes, veluti moles torpida et inanimata, caderent. Quanta cum suavitate de adventu veris ad Sextium canit Horatius:

Ac neque jam stabulis gaudet pecus, aut arator igni:

Nec prata canis albicant pruinis.

Jam Cytherea choros ducit Venus, imminente Luna:

Junctaeque Nymphis Gratiae decentes,

Alterno terram quatiant pede, dum graves Cyclopi

Vulcanus ardens urit officinas.

CARMINUM, lib. 1. Ode 4.

Philosophi

Philosophi ex observationibus propriis, et ingenii acumine, fere comprobarunt caloris actionem perspirationem promovere, sanguinis impetum circulantis adaugere, et, actione ejus in genus nervosum, mobilitatem et sensibilitatem systematis totius plurimum intendere. Calor vero cum ejus virium stimulantium excessu, corpus multum debilitat, et morbis plurimis obnoxium reddit, vitamque ipsam tandem extinguit, ad quam conservandum propositus est.

Quamvis homo in India morbis Europae violentis et inflammatoriis non valde obnoxius fit, aliis autem, qui saepius occurrunt, quique vitae exitium citius afferunt. Ibi locorum, et in plagis similibus, constitutio ad morbos putridos et biliosos praedispositione insignis est, et summum periculum evacuationes omnes comitatur, paucique morbi in regionibus sub Tropicis occurrunt, quos bilis secretio aucta non concomitatur et multum auget.

De cholera ergo nunc differere in animo habemus, quae a nostro celeberrimo Professore sic definitur, et definitionem ejus libenter accipimus.

‘ Humoris

‘ Humoris biliosi vomitus, ejusdem simul dejectione
‘ frequens; anxietas, tormina, furarum spasmodica *.’

HISTORIA MORBI.

Æstate progrediente, et, secundum caloris gradum, morbi biliosi faevissimi sunt. Accuratissimus Sydenhamus, choleram præsertim ad Augusti mensem occurrere, observavit, et raro postea apparere.

Doctores Lind, Clarke, omnesque alii de morbis regionum calidarum scriptores, morbum temporis æstivi esse, confirmaverunt.

Per paroxysmos supervenit, qui ex intervallis incertis repetuntur; quibus vero dolores spastici fere antecedunt; distensionis violentæ una cum nausea magna sensum interdum impertientes. Horum, vomitus violentus, et materie plane biliosæ purgationes, simul supervenientes, vicibusve alternis, cito sequelæ sunt.

Abdomen

* Illust. Cull. Syn. Nos. edit. 4ta, Edin. 1785.

Abdomen durum, tensum, doloreque affectum, evadit, calor et anxietas excrucians, sitis infatiabilis, atque aegrotus sudore gelido suffunditur.

Arteriarum pulsatio parva, frequens, tremulaque est, saepe intermittens, et interdum vix sentiri potest.

Tanta est prostratio virium, ut minimo motu in animi deliquium aegroti cadant. Vultus speciem cadaverosam accipit, una cum extremorum frigore. Crura manusque violentis spasmis afficiuntur, et contractione abnormi ad corpus trahuntur.

Sic autem pergente morbo, nonnunquam secundo, vel tertio, sed ut plurimum quarto die, mors incidit.

In aliis casibus morbus minus ingravescit, unam alteramve diem durat, et tunc sese remittit, quamvis tales eventus felices raro excipiant absque remediorum auxilio.

Symptomata febrilia morbi impetum primum raro comitantur, cumque, durante morbo, et pulsus et respiratio

spiratio frequentiora sunt et irregularia; attamen ad statum naturalem, medicamentis, quae affectiones spasmodicas sedant, penitus restituta sunt.

CAUSAE PRAEDISPONENTES.

Quomodo secretiones ex sanguine sunt mutatae, nobis latet, et dum rationem reddere non possumus, quare aliae aliis tam dissimiles sunt, multum dicere de causis, quae eas augent vel impediunt, non speramus. Sed animadversiones perpaucae tantum conamur.

Medici, tam antiqui, quam recentiores, ad unum consentiunt, fervidas regiones et tempestates aliquo modo bilis secretionem afficere, et ad choleram corpus maxime disponere.

Dum calor vitae functiones relaxat, debilitatque, congestus in jecore simul fingit, et eam glandulam magnas copias fecernere disponit; haec igitur et omnia quae valetudini nocent, et quae corpus debile reddunt, praedispositionem dare videntur.

Itaque

Itaque ex hac causa, omnium viscerum, hepar morbo maxime est obnoxium.

Constitutionem biliosam, debilitas magna, et irritabilitas, et praesertim viarum primarum mobilitas, facile distinguunt.

Idem morbus, pueris et debilibus, quam caeteris, item calidarum, quam temperatarum plagarum incolis, est periculosior.

Haud tamen dissimulandum est, sanos ac debiles nonnunquam nullo fere discrimine corripere, sed plerumque temporibus aestivis.

CAUSAE EXCITANTES.

Morbus, sine ulla mutatione priori, vel errore in dieta, vel vitae ratione, quae observari possit, occurrat, certum est, calorem solum, nulla alia adjecta causa citante, morbum effecturum esse.

Fateor

Fateor tamen, quod generosum, mutabile, et varium genus vitae, vomitum, bilisque purgationem, tam frequentia et inexpugnabilia ciere possint, ut aegrotum, in paucis horis, e vita tollant; nam e numero nostrarum excitantium, fermentescentia, per cibum aut potionem assumpta, sunt.

Haud vero mirabile videatur, si in plerisque casibus, morbi paroxysmos, ad ingestorum naturam persequi possimus, cum bene notum est, quam laute regionum calidarum incolae epulis et luxuriae indulgent, et temporibus aliis, acidis et acescentibus fruuntur.

Alimenta vero cruda voraciter ingesta, multum damni oeconomiae animali inferre queunt; non enim qualitate tantum, sed quantitate etiam immodica, peccare possint.

Probabile etiam est, perspirationis obstructionem morbum excitare posse, et cum aër pluvia subita frigerit, prius percalidus, quod saepe accidit, perspiratione impedita, ut fluxus humorum, a corporis superficie ad partes internas avertantur. Nam circuitus sanguinis,

guinis, in vena portarum, languidus et cumulatus evaluit, et bilis secretionem promovet; ut in statu frigido febris intermittens observamus.

Idem effectus, ab algore roreque vespertinis, nonnunquam etiam inducitur, iique qui, tempestatibus alidis, nocturnis excursionibus delectantur, hujus meminere oportet, cum ex calore diei praecedentis effici magis apti sunt.

‘Corpus ergo et aestate, et subinde meridianis caloribus relaxatum, subito frigore excipitur *.’

C A U S A P R O X I M A.

Morbus hic in ventriculo intestinisque, sed praesertim in duodeno, sedem habet, manifesteque a bilis secretionis aucta, et ejus effusione, primarum viarum motum peristalticum invertente, oritur.

B

Nam

* Corn. Celsus, lib. 2. cap. 1,

Nam simul et dejectio et vomitus est; ergo eo nomine morbum hunc *κολεραν* Graeci nominarunt *.

Ab irritatione faevissima, spasmisque cum summo dolore, multis opinio est, symptomata ex putredine bilis oriri, eamque non solum in quantitate majori, sed etiam multo acriorem esse.

Pauca igitur de his dicere oportet.

Sed, si veterum praejudicia superstitionis, quo minus morborum sedes scrutarentur, cadavera dissectando, prohibebant, quae, ad causas eorum explicandas, tantum conferunt, quod phaenomena a specie maxime obvia exponere conati sunt, bilemque, quae in copia nimia saepe apparebat, talibus vitiis praeditam esse putaverunt, tantique mali causam mirari non debemus. Haud ita pridem, naturam ejus cognovimus, et experimenta recentiora bene instituta, Boerhaavium eam saponaceam appellando a scopo aberrasse ostenderunt. Namque lacti similis aquae se immiscet, et appellatio saponis ambobus aequae convenit, neque ulla consociatio aquae et olei per eam fieri potest.

His

* *κολεραν* in quo bilis vel per vomitum vel per secessum excernitur, a *κολος* bilis.

His etiam temporibus multi medici, de ejus natura septica, manifesto experimenti indicio adversantes, opinionem tenent.

Ingeniosissimus vero M^cClurg, ejus alkalescentiam deprehendere non potuit, et, quanquam aliqua, quae in corpore tres dies jacuerat, cum odore noxio, ex omnibus circa visceribus manente, usus est, attamen aliquid temporis foetore libera permanfit. Mixturae ejus, cum sanguine aliisque humoribus animalibus comparatae, bilem putredini minus obnoxiam esse, quam ulla eorum confirmabant.

Conclusiones paucas, ab experimentis a Doctore Ramsay factis adjungam, verbis suis utens.

1^{mo}, Bilis nec ad sententiam Sylvii alkalina est, nec quidem, ut sentiunt plurimi recentiores physiologi, subalkalina, vel ad indolem alkalina propius accedens, diu potest. Neque enim cum acidis quibuscvis effervesceat, neque cum iisdem in salem neutrum, nec quidem cum acidis fossilibus, ullo modo coit.

2do, Bilis est liquor animalis non valde putrescens, et minus saltem quam caro, sanguis, vel ejus serum. Partem bilis aquosam vel resinofam ad putredinem proclivem, nemo forte putabit. Bilis igitur ex parte, quae ab acidis vegetabilibus effusis, vel a salibus neutris additis, e recente bile dejicitur, quae neque ab aqua, neque a spiritu vini solubilis est. Haec autem pars bilis, quae sola putrescens est, magna copia bili non inest.

3tio, Bilis ut vulgo vix sapo appellari potest; qui proprie saponem dicuntur, ex sale et oleo constant, et saponem praecipui ab acido affuso resolvuntur in oleum, et in alkali, cum acido affuso coiens: Sed in bile nihil omnino alkalini cum acido coeuntis, invenimus; id etiam, quod ab acido, e bile recente, praecipitatur, in aqua solubile est, et, licet ex bile putrefacta, quiddam resinofum in spiritu vini, nequaquam autem in aqua, solubile, ab acidis fossilibus dejiciatur; tamen, ob absentiam alkali, nequidem in putrefacta bile apparentis, saponem in bile esse minime concedimus.

Viscidum

Viscidum porro, quodcunque olea irretiens, et cum aqua quodammodo infundens, saepe sapo appellatur; quam recte, judicent chemici; sed in hunc etiam usum neque satis apta videtur bilis, et, si quidem foret, inde saltem non magis recte sapo, quam viscida quaevis vegetabilia, et animalia, saponem appellari possunt *.

De ejus mutatione illustrissimus Cullenus sic etiam loquitur:

‘ From all these circumstances, it is, I think, very
‘ evident that this disease is the effect of a warm at-
‘ mosphere, producing some change on the state of
‘ the bile in the human body; and the change may
‘ consist, either in the matter of the bile being render-
‘ ed more acrid, and thereby fitted to excite a more
‘ copious secretion; or in the same matter, its being
‘ prepared to pass off in larger quantity than usual †.’

Iterumque, ‘ We know well, that from the biliary
‘ duct the bile may be poured out in greater quantity
‘ than

* Dissert. Medic. Inaug. Edin. 1757.

† First Lines of the Practice of Physic, p. 43.

‘ than usual; and there is little doubt of its being also
‘ sometimes poured out of a more than ordinary acrid
‘ quality †.’

Celeberrimus tamen Monroius existimat, quod, si bilis ex vasis hepaticis in conditione naturali effundatur, in quantitate majore solito, symptomata cholerae concitare, satis efficit.

Illius per experimenta compertum fuit, bilem ranarum duarum vel trium in stomachum unius infusam, mortem fere subitam efficere. Si in telam cellulosam infusa est, tam acris naturaliter evadit, ut effectus multo majores sint.

De re qua medici maxime dissentiunt, cujusque veritatem adipisci difficile est, experimentis observationibusque futuris, haud nefas relinquere, judico.

S E C.

† First Lines of the Practice of Physic, p. 59.

SECTIONES CADAVERUM.

Post mortem clare apparet, bilis abundantiam in ventriculo, et intestinis fuisse infusam, maximeque duodenum, bile flava circumfufum.

Willisius igitur affirmat, si bilis constans suffusio in partibus vicinis, aut ventriculo contiguis, accidat, quia unica hujus externa, propterea multum ac crebro irritatur, frequentem vomitionem excitari, idque se in pluribus post obitum dissectis observasse.

Ductus bilarii et choledochus, valde relaxati et diffusi, et fere omnia viscerum abdominalium, ex loco suo, sunt dimota.

Bartholinus etiam sic ait: ‘ Puella viginti annorum cholera obiit: In abdomine multa immutata: Ventriculi fundus transversum palmum infra costas spurias demersus, nullo omenti fotu gaudebat, unde ventriculus imbecillis tanta vehementia viventem puellam

‘ ad

‘ ad vomitum concitavit, ut revocato omni ad caput
‘ sanguine, post mortem rubeus faciei color perstiterit :
‘ Qua etiam vehementia ruptis viscerum vinculis ven-
‘ triculus cum intestinis fuit depressus: Omentum infra
‘ ventriculum ad os ischii protendebatur: Intestinum
‘ colon profundius, multis alias gyris et circumvolu-
‘ tionibus distinctum, hic leni inflexione ferreae dentes
‘ aemulabatur: In intestinis vero vermiculus rubicun-
‘ dus latitans, corpus vere cacochymicum notabat;
‘ Lien dupla magnitudine tumidus a solita figura in
‘ globum oblongum mutatus videbatur: Meatus cho-
‘ ledochus in plurimos ramulos divisus multum bilis,
‘ ob angustiam, regurgitare fecerat; unde molestus
‘ ille et lethalis biliofarum humiditatum vomitus con-
‘ citatus *.’

DIAGNOSIS.

* Tho. Bartholin. Cent. 2. Histor. 82.

D I A G N O S I S.

Morbus omnis quem vomitus bilisque purgatio comitantur, sub genere cholerae a Nosologis nonnullis fuit locatus.

Clarus Sauvagesius undecim^e species accipit; omnes tamen praeter primam, scilicet spontaneam, rejicimus, et, me judice, clarus Cullenus omnes alias species ad diarrhoeam valde proprie remisit, in quibus, materies depleta non biliosa fuit, illasque quae ex coeli calore non oriuntur. Cholera ab illa discerni potest, si causas attendamus quae diarrhoeam producant, valde numerosae sunt, sed cholerae una fere propria est. Illas causa discernendi commune fuit, morbos omnes collocare inter cholerae species, secundum vomitum bilis; sed symptomata eadem in diarrhoea aliquando sunt observanda, et, ni ad causas morbi animum attendamus, characterem distinctum ponere, difficile erit.

Omnes vomitus et dejectiones, in febribus intermittentibus et remittentibus, quae pro cholera habentur, non pro morbo, sed symptomatibus, habenda sunt.

Dysenteria quoque in temporibus aestivis saevit, quae uberiori bilis secretioni favent; sed nunquam tam vehemens incipit, facileque tenesmo frequenti, dejectionibus parvis, mucosis, vel sanguinolentis, retentis plerumque faecibus alvinis, distinguitur.

P R O G N O S I S.

Forfitan morbus nullus fit, qui aegroto dolorem majorem dedit, cumque violentissimus, periculosior sit infantibus, vel illis aetate proVectis, vel qui morbis nonnullis aliis ante fuerunt debilitati; spatio enim diei unius vel noctis, per evacuationem immodicam spasmosque, aegrotum jugulavit.

Hippocrates

Hippocrates bilis nigrae vomitum putavit, mortis appropinquantis indicium fuisse; cumque conamina ad vomitum tam violenta sint, quam vasa interna lacerent, sanguinemque effundant, certe eventus fatales sunt timendi.

Cum evacuatio per os anumque, frequens et copiosa sit, non sine animi deliquio, singultibus, musculorum abdominalium et extremorum convulsionibus, sudoribus gelidis, pulsu parvo, intermittente, hisque perstantibus, cum vomitus cessaverit, cura maxima opus erit, ut aegrotus ad sanitatem restauretur.

Quibus concurrentibus, non mirum est, si subito quis moritur.

Sin autem spasmi doloresque sint modici, nec evacuationes valde copiosae, et cum intervallis longis; si medicamentis administratis repressae fuerint, et aegrotus somno placido frui possit, morbum nec tempore longo permanfurum, nec exitum funestum habiturum, sperare licebit.

METHODUS MEDENDI.

Ex opinione, quae medicis olim communis fuit, nempe, bilem putredini valde obnoxiam esse et fluida corrumpere; hujus morbi curatio ab remediis cathartics, quae materiam septicam evacualet, fere incipitur. Sed, cum abunde patet, bilis naturam minime septica esse, tali praxi parum opus est, et tutius nobis videtur in hoc morbo purgantia intacta relinquere.

En Sydenhami sagacis verba: ‘Sedula, ait, applicatione et multiplici etiam experientia edoctus, quod si hinc acres istos humores, fomitem morbi, cathartics expellere conarer, idem agerem, atque is qui ignem oleo extinguere fatagit, cum cathartici vel lenissimi operatio omnia magis perturbavit, et noxos insuper excitavit tumultus. Has, inquam, ob causas, media mihi via insistendum esse duxi, ut partim, scilicet humorem evacuaem, partim etiam diluerem.’

Multa igitur nobis suadent, consilia sequentia instituere.

I. Bilis evacuationem redundantis adjuvare.

II. Ventriculi, vel canalis intestinalis, irritationem nimiam tollere.

III. Morbi recursum obviam ire.

Imo, Quod ad ventriculi evacuationem spectat.

‘ Protinus ergo, ubi ista coeperunt, aquae tepidae
‘ quam plurimum bibere oportet et vomere, inquit
‘ Celsus.’

Diluentia mitissima, ut ptisinaria, vel aqua tepida, sunt anteponenda, eaque omnia quae quam minime in fermentationem ruunt.

Doct. Lind, tenui chamomaeli decoctione, quae vomitum faciliorem reddit, et simul stimulum jucundum impertit, uti suadet.

Ventriculo,

Ventriculo, haustibus chamomaeli infusionis, aut aquae calidae evacuato, Doct. Douglas, in Dissertationibus Medicis, panis avenacei decoctione absque fermento vel spuma pisti, et summa cum cura tosti, tam pulli, quam choava, uti monet. Magno etiam cum commodo, iterum iterumque usus erat, atque eam ventriculo esse gratam, et spasmoda violenta celeriter sedare invenit. Nullum vero remedium huic consilio melius respondet, ad fluida ventriculi diluenda et corrigenda, quam jusculum pullinum aut bovinum, cum quantitate salis communis mediocri, in eo dissoluta. Utilitas eorum bene commendatur, et a testimonio omnium, qui iis usi fuere, confirmatur.

2do, Quanquam medici de usu opii, in morbis nonnullis dissentiant, omnibus tamen comprobatum est, id remedium optimum, ad irritabilitatem minuendam, spasmosque intestinorum sublevandos, existere.

Sydenhamus sagacissimus refugium solum esse dicit, quod in choleris violentis adhiberi possit, et etiam etiamque usurpetur oportet pro re nata, dum morbus saeviat. Sed tam imprudens esset, evacuationem necessariam

cessariam opii usu intempestivo vel astringentibus quibullibet sistere, quam eam emeticorum vel purgantium usu augere.

Ventriculo intestinisque a diluentibus ablutis, opium cum successu maximo fit administratum.

Si tamen morbus diu duraverit, priusquam medicus vocatus fuerit, et aegrotus languescit, opium in dosibus magnis jam adhibeatur, per os, si retinet ventriculus, vel si tam irritabilis evadat, ut id repudiet, per anum injiciatur.

Morbo tamen et doloribus violentis durantibus, aromata calida, opium, et camphoram ad epigastrium applicando, aegrotus multum saepe levatur.

Applicationes frigidae interdum etiam profint, et aquae frigidae haustus nauseam sublevant, ventriculumque debilitatum reficiunt. Clarus Cleghorn memoravit, Medicos Hispanicos ei affirmasse, nihil magis, in choleris violentissimis, quam haustus aquae frigidae adjuvare;

adjuvare; quas antiqui multum laudant, et Aretaeus Cappadox verbis frequentibus:

‘ Sin autem omnia antiqua stercora dejecta fuerint,
 ‘ et biliosi humores transferint, biliosusque vomitus
 ‘ et distensio adfit, fastidium, anxietas, virium labe-
 ‘ factatio, tunc frigidae aquae cyathi duo aut tres pro-
 ‘ pinandi sunt, ad ventris adstrictionem, ut retrogradus
 ‘ humorum cursus cohibeatur, atque stomachus ardens
 ‘ refrigeretur *.’

Abdominis fomenta, omnisque alia applicatio, quae antispasmodica esse possit, abdomini admota juvant. Cum spasmus violentus fit, nihil magis, quam calor sub forma humida prodest. Corpus in aqua tepida immersum fit, vel pannis laneis ex ea compressis fotum, quae sanguinem ad superficiem efficaciter derivant, effectumque magnum in spasmodis sublevandis, per consensum integumentorum cum intestinis, habeant.

Mixtura

Mixtura Riverii, ob tales virtutes jure celebratur, et Celsus ait: 'Si inanis est homo, et crura ejus contrahuntur, interponenda potio absinthii est.'

3tio, Ad consilium tertium transeundum est.

Quamvis res postulat, ut columbo radicem, sub consilio tertio comprehendamus, auctoritas tamen ingen. Percival nos monet, optimos praestare effectus, si adhibita fuerit cholera ingruente, aliisve morbi stadiis. Dixit enim eam, effectus antiemeticos, sedantes, et corroborantes praebere. Cholerae tormina violenta levat, alvi motum nimium vomitumque reprimat, et denique, vires aegroti subito reficit. Vomitus biliosos, corticis Peruviani vi^{vi} resistentes, hoc consilio, Dr Haygarth felicissime sopivit, et vires aegroti fractas cito etiam recuperavit.

Cum evacuatio, aegrotum ad magnam debilitatem et irritabilitatem, unde iterum in morbum lapsus saepe accadat, reducat, tali vitae regimine uti, quale ad vigorem corporis restituendum conferat, necessari-

um evadit. At cum discussa cruditas est, tum magis verendum est, ne anima deficiat. Itaque tum ad vinum confugiendum est. Id tenue, et cum aqua frigida mixtum esse oportet, vel polenta adjecta, vel pane infracto; quem ipsum quoque assumere expedit; quotiesque aliquid, aut stomachus aut venter effudit, toties per haec vires restituere.

Cortex Peruvianus bene notus in omnibus casibus debilitatis, cumque in aqua infusus fit, dyspepsiae prodest, summo commodo hic etiam esse videretur. Ventriculus multum debilitatus, ad pulverem retinendum parum idoneus, commode ita utatur cortice.

Doloribus minutis et morbi paroxysmo intermisso, lavatio frigida ad usum corticis conjungeretur oportet.

Exercitatio modica et aëris mutatio, cumque mutatio ex locis humidis et humilibus, ad altam montosamque regionem, ubi coelum minus calefactum est, fieri

fieri possit, quo minus morbus iterum recurrat, efficacissime obstabit.

Salus aegroti futura, a vita cauta et abstemia multum pendeat; namque attentio ad vitae regimen regulare valde juvabit, quod ars sine ejus auxilio nunquam poterit.

Omnes causae excitantes aegroto cavendae sunt, et quid sibi in diaeta optime conveniat, quisque usu plerumque intelligit. Ad suas cupiditates refraenandas cito incipere summo est omnibus emolumento; etiamque ii, qui nimia repletionem se extemplo affici non sentiunt, modum haud superare sua interesse invenient. ‘ Ubi is constitit, dormire oportet; postero die utique a potione abstinere; die tertio in balneum ire, paulatim se cibo reficere, somnoque, quisquis facile adquiescit; vitetque lassitudinem, et frigora *.’

Errores

* Corn. Cels. lib. 4. cap. 2.

Errores leves omnibus medicinae effectibus adversabuntur, aegrotusque appetitum regere experientia tristi discet.

Nam variae res

Ut nocent homini, credas, memor illius escae,

Quae simplex olim tibi sederet; at simul assis

Miscueris elixa, simul conchylia turdis;

Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum

Lenta fert pituita.

HORAT. Satyr. lib. 2. Sat. 2.

Hisce observationibus exiguis et imperfectis, ut fa-
veat lector benevolus, nunc est obsecrandum, cum-
que in animo habeat, hoc esse exercitium, quod ne-
cesse est, ut unusquisque prius perficiat, quam ho-
nores hujus Academiae adipiscatur, candorem et be-
nignitatem ejus imperfectionibus immunitatem, datu-
ram, et errores clementer reprehensuram, spero.

Hanc occasionem lubenter arripio grati animi testi-
monium hoc publicum habendi, praecipue Medicinae
Professribus

Professoribus egregiis, in Academia Philadelphienfi, ob plurima confilia praeftantiffima, et fummam curam atque amorem, quo me femper foverunt.

Professoribus hujus Academiae clariffimis gratias quam plurimas habeo, et feorfum Culleno praeterea illuftri, cui omnes ob Chymiam et Medicinam ab eo exculta, tantum funt obftricti, quemque amicum, medicum, et praeceptorem femper maximi faciam: Et pariter claro Homio fingulares gratias debeo, et ei magnopere devinctus fum.

T A N T U M.

Profforibus egregiis, in Academia Philadelphia, ob
 plurima consilia praestantissima, et summa curam ac
 que amorem, quo me semper fovit.

Profforibus hujus Academiae clarissimis gratias
 quam plurimas habeo, et seruum Cullum praeter
 illis, cui omnes ob Chyrurgiam et Medicinam ab eo
 caecula, tantum sunt obstitit, quodque anticum,
 medicum, et praceptorum semper maximi faciam: Et
 pariter clero Homio singulari gratias debeo, et ei
 praecipue devinctus sum.

T A N T U M

